



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

38 Irregularē solum scandalum hominem facit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

dem sacri concilij fuerunt auctoritate Apostolica confirmata , & observari mandata ; ac † universis inhibitum , nē commentarios , glossas , ullumq; omnino interpretationis genus super ipsius concilij decretis quoque modo sub censuris , & penitus edere presumant , ut in Bulla ³⁶ confirmationis ejusdem concilij dat . Romæ anno 1563. in fine concilij impressa , & dictis decretis , & legibus novis abrogantur antiqua contrarium disponentia .

³⁴ Quia † Ecclesia semel à se concessa potest , vel pietatis , vel necessitatis intuitu in totum , vel in partem commutare , c. postea , quād s. hū ita , 25. qu. 2.

Quoddque dispositio sacri concilij procedat in quoque homicidio , etiam vim vi repellendo , commissio contra clement. unic. de homicid. tenuit Simon Mayol. Asten. qui fuit Episcopus Vulturienensis , & decepsit in Urbe Secretarius Apostolicus de anno 1601. vir eminentis doctrinæ , ut plura ejus opera restantur , pius , & timoratus conscientiae adeo , quod cum posset consanguineos ditare , noluit , sed opulentum spolium cameræ Apostolice reliquit . ³⁸ in suo trattatu de irregularitate , lib. I. c. 2. nu. 10. §. vigesima , & lib. 5. c. 48. num. 10. & num. 11.

³⁵ Comprobatur † dicta opinio validissimo argumento , nempe , quia , ubique agitur de homicidio , seu mutilatione etiam ad necessariam defensam , clerici , aliaeque ecclesiasticæ personæ timoratae conscientiae à Sede Apostolica obtinent dispensationes , quæ ad forenam dicit c. 7. de reformat. Ordinariis locorum committuntur .

Et est ratio , quia , ut quis cesset à divinis ,

potius debet iudicari irregularis , quam non : quia ubi majus periculum , ibi cautius est consulendum , cap. ubi periculum de elect. in 6. & in terminis Lambert de jur. patr. par. I. lib. 2. art. 4. quæst. 4. princip. num. 8.

³⁶ † Et stylus curiae Romanæ facit jus , ex litteris , & ibi Felyn. nu. 4. de const. Rot. decis. I. post. med. desit. presbyt. in nov. & Lap. alleg. 33. nu. 4.

³⁷ Pro † interpretatione autem statuti ecclesiastici recurritur , primò ad jus canonicum , secundò ad stylum curiae , Abb. in eodem , cap. ex litteris , & Felyn. in eodem numer. 4.

Et pro opinionibus reconciliandis tres casus sunt considerandi .

Primus , si homicidiam commissum sit publicum , ita quod homicida se celare non possit , & cum scandalo fuit commissum : eo casu opinio Majoli est vera , quod propter scandalum publicum , in foro exteriori teneantur necesse sit obtinere dispensationem ab homicidio , & irregularitate à Papa , quæ committi solet ad formam ejusdem c. 7. l. eff. & 4.

³⁸ † Quia solum scandalum reddit hominem irregularitatem , ut in c. ex litteris , il. 1. ubi etiam gloss. in verb. scandalum , & ibi Felyn numer. 2. & melius in c. sicut dignum , §. illi etiam , numer. 2. vers. tertio solum de homicid.

Si vero ad necessariam defensam cum moderamine inculpatæ tutelæ , omnibus illicitis cessantibus ; tunc non incurrit irregularitas ex allegatis supranum. 29. quia cellulat etiam scandalum .

³⁹ Secundus , † si homicidium ad defensionem fuit commissum nocturno , aut alio tempore , nullis praesentibus , velatiter ,

